



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Hebrææ genti, cum in Arabiæ desertis obambularet, de victu & vestitu  
prospexit Deus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

facit miracula sine necessitate.  
Viri docti opinio probatur, qui hoc  
beneficium situm putat in admirabili  
Dei providentia quæ de calceis Hebrais prospexit, ut  
ubi veteres defecissent haberent  
nevros. Mosis verba in hanc  
sententiam exposita. Locus  
Jes. 48. 22. explicatus. Va-  
ria divinæ providentiae circa ve-  
stes & calceos documenta.

## I.

**G**ens Hebræa, quam à dura,  
qua Pharaonis tyrannide  
pressa fuerat, servitute liberavit  
Deus, postquam plurima in  
Ægypto miracula patrasset, singu-  
larem gratiam & favorem Numi-  
nis experta fuit per quadraginta  
annos, quibus eam per deserta  
Arabiæ circumduxit. Nam in  
deserto omnium egeno & inculto,  
tam quæ ad victum quam ad ve-  
stitum erant necessaria prospexit.  
Cum fame laborarent, Manna de  
Cœlo pluit. Cum siti premeren-  
tur, vel ex ipsa petra iussit aquam  
pro-

prosilire. Cum carnes appeterent, magnam vim coturnicum in castra immisit. Circa vestes quoque singularis cura & providentia fuit. Prædicat hæc beneficia Mōsēs, atque eadem non uno loco commemorat ingrato populo.

*Dedit tibi, inquit, in cibum Mana-* Deut. 8.  
*na, quam ignorabas tu & patres tui, 3. 4.*  
*ut ostenderet tibi, quod non solo pane*  
*vivit homo, sed omni illo quod egredi-*  
*tur ex ore Domini. Vestimentum tu-*  
*um neque vetustate tibi defecit, neque*  
*pes tuus intumuit, his quadraginta annis.*  
 Repetuntur hæc apud Nehemiam  
 in illa solemni populi confessione,  
 qua Dei beneficia patribus præstata  
 prolixè recensentur. *Manna tuum* Neh. 9:  
*non prohibuisti ab ore eorum, & aquam* 20. 21.  
*dedisti eis in siti. Quadraginta an-*  
*nis pavisti eos in deserto, & nihil il-*  
*lis defuit. Vestimenta eorum non sunt*  
*vetustate consumpta, neque pedes*  
*eorum intumuerunt.*

I I. Si multos sequimur interpretes, Hebræa verba quæ in Deuteronomio leguntur נִלְנָתָן בְּצִדְקָה pes tuus non intumuit, itemque quæ apud Nehemiam sunt נִלְנָתָן בְּצִדְקָה pedes eorum non in-